

Cap. XXXVIII. De Præparatione. 93

Auct.
Tex. II. 2.
Coquendi mo-
dus.

recto vase, despumato iure, in lebete lapi-
deo, fistulis æreo, sed plumbo albo diluto,
leui igne, quibusve lignis, & flamma; aut pru-
na tantum. Et si permisceri perpetuò debeat,
velut ptisana baculo, ne cohærens retineat
fumum, aut adhæreat margini; ingrataque
odore, atque sapore reddatur. Quæ ergo len-
ta sunt, aut vt cohærent, coquuntur, misce-
ri ob dictas causas perpetuò debent. Quæ
in ære, nisi diligenter plumbo albo obli-
amarum saporem contrahunt, quæ in lapi-
deo lebete sunt frigidiora, quæ in figulinō
vase vitro obducto mundiora, cum tamen
manifestè exuccent aquam, aliquid trahent
ad se videntur. Quæ continguntur elixata,
media fermè sunt inter cocta in patina, & eli-
xata. Caro cocta cum flamma minùs siccā
redditur, & ius ac ipsa suauior, cocta super
prunas vbi prius bullierit, & eum bulliat
suauior, & melioris odoris efficitur detecta;
vim, & odorem amittit, despumata mundi-
dior, sed crassius ius efficitur. Cocta donec
exuerit partem sanguineam in lebete, inde
diuisa in bracteas, & gladiis ex dorso tunsa,
post pipere, sale, croco, aniso, petrosiliō,
vvis passis, rotemarino, adipe additis ac in
globi formiam rejuncta, & in veru assata,
aut in patina cum iure elixata, friabilis, iu-
cunda, facilis concoctu, & boni alimenti
euadit. Adiuuat & ad facilem coctionem,
quod æstate animal manè iuguletur, vesperi
edatur: hyeme pridie, vel etiam perendie, si
antem agreste, tertio die ante in æstate, hye-
me quatuor interpositis diebus.

Note.

Cocta prætereal lignis graibus magis si-
cantur, vt querū, aut robore magis quam
salice, aut populo. Et similiter refrigerata
in ære libero meliora sunt, quam coniecta,
& si transmutentur rejecta ferè. Et inspersa
succo aranciorum redundat puriora, fumus
enim dum coquuntur vt utilis est, cum optima
pars humoris seruetur, & redeat ita retentus
a coctione fumosum ius, sed aquam magis
reddere consuevit. Quæ autem assata sunt
supra modum porcellorum carnes, hoc ha-
bent peculiare, vt ob acrimoniam, chole-
ram morbum generent: cum enim quod hu-
mido redundat, ære etiam sit, & mordet ora
vasorum, quæ ad ventrem perueniunt, vnde
fluxionem humorum ad illum excitant, ex
qua affectus ille progignitur. Exemplum
non aliud accipe quam ab allio; si recens
(præcipue) edatur, nec coquatur, qualis
corruptionis odorem remittat. Facit & ad
corruptionem nidor etiam in assatis; vt do-
cuit in libro de Cura comitialis morbi in
puero, testaturque ibi se clibanum constru-
xisse, qui sine nidore carnis assata possit,
sed modum non docet.

In elixatione
superiora fer-
uent. Com. 49.
spuma due
causa.
Nota.

Quod autem in elixatione superiori fer-
teant, & ob id spuma magna indicium sit
maximi caloris, docuit Galenus secunda Aphorismorum, vbi voluit duas esse causas
spumæ, materiam humidam, & formam aë-
rem illi intrusum: duas itidem efficientes,
motum, & calorem, sed vt dixi supra, calor
spumæ causa non est, nisi quatenus motum
cit. At vero quod in imo lebetis etiam par-
tibus, supra effervescentibus frigeant, non
dixit: volui autem te monere, vt ne persua-

sus quod iam diu bulliant, credas cocta esse,
quæ enim ob pondus descendunt, raro & val-
de coquuntur, præterea talia præstiterit con-
siderere, atque filo suspendere, vt eo qui pos-
sint. Sed cur auctor libri de cura Regij mor-
bi, præponit cañnes sylvestres domesticis, &
elixas assis, nam si siccæ, sunt præferendæ,
assis præponere oportuit: si humidæ, cui
sylvestres præstulit. Respondeo quod melio-
res non sicciores, & naturam arti præponit,
idè sylvestres elixas, post assas, inde dome-
sticas assas, demum elixas.

CAP V T XXXVIII.

De Preparatione.

Primum est solennis illa præparatio ex Preparatio
ex albo iure
albo iure, cuius toties invenimus Galenus,
& maximè in piscibus condiendis, constat
aqua, oleo, sale, porro, & anetho: nec labo-
rabo (vt quorundam more) vt multas ho-
rum descriptiones adducetis, eas in contra-
dictionem Galenum arguere. Satis est vt
rationem singulorum scribam: quisque sibi
enim pro necessitate fabricet modos. Aquæ
materia omnium est: sal corruptionem ve-
tit, appetitum excitat, ventriculum roborat:
porri incidunt, & attenuant, & sanguinem
ad exitum procluem educunt: oleum duo-
rum præcedentium siccitatem obtundit, be-
ne nutrit, mollein efficit ventrem, anethum
flatus discutit, membra naturalia confirmat,
calorem naturalem fouet, si quid aliud, non
immunitat cibi natum, velut petrosilium, &
anisum, quæ nimium prouocat, tametsi cali-
diora sint, & odoratiora. Quocirca non
anetho vtendum est vulgari, sed odorato:
namque Dioscorides dicit vomitum cohibe-
re, etiam cum cuminò Aethiopico adiunctum
sit. Virgilius:

Narcissum & florem tangit bene olentis
anethi.

Tum cassia: atque aliis intexens suauis
bus herbis.

Ergo aut noster hic non is fuit antiquo-
rum, vel mutata est ratio speciei, temporum
circuitu: vel non est idem sensus, qui olim
ac iudicium, quod etiam in multis aliis vi-
demus: sed alio transeamus: piscibus recenti-
bus confessim vtendum esse docet, at car-
nibus non ita sentit, sed vt sint friabiles, mo-
ram inter ponendam docet, vnde conjici-
mus longè duriorem concoctu piscibus esse
carnem, pisces enim facillime putreficiunt:
natura autem ac compositio embammatum,
& intinctuum, ex his quæ dicta sunt, con-
stat. Ius omne labefactat ventriculum, vt
pingue, & vt aqueum putredini obnoxium.

Embammatum materia ius non quodcumque,
sed ex carne iam prius semiasata, qua-
litas, fæpor acidus, & acris, vterque substan-
tia olei materia, nuces quæcumque ponticæ,
auellanæ, amygdalæ, & similia: cum acti-
bus conuenient, oleaginosa, pinguia, dulcia:
Odoratotum basis ozimum, aut petrosili-
um, velut & acidorum succus oxalidis, sunt
ergo duo genera intinctuum acre, & acidum:

Odorata

Anethi: con-
deratio.

Carnem pis-
bus longè con-
coctu durio-
rem.
Embammatum
materiæ.